SPECVLVM IVVENVM

uxores impetuose affectantiū in quo plurimos feminarum uiperinos mores (quibus extremam trahantur in pernitiem) ex omni penè genere eruditorum selectos sole clarius deprehendent.

per Gul. Parfayū Anglum.

INTEGERIMO VIRO Guillelmo Parfeio reuerendo presu li Roberto Assauen̄ episcopo a literis Symon Thel-vvallus. S. P.



N tibi oportune (ue-rissimi speculi fabri cator sedule) Eglo-gas Baptiste Mantu ani proposito tuo perconducibiles è quibus aliquid quo speculum tuum lucidius, copiosius ac ornatius red-das assumas licet. Eglogam quartam perlege. Nec vero pigeat orationem M. Portij Catonis pro nō abroganda oppia lege. T. Liuij. xiiii. libro. iiii. percensere. Necnon tabulam seu in-dicem Apuleij de aureo asino: Hen-ricus Cornelius agrippa (ut accepi) singularem librū edidit in mulieres aulicas. Cui ob id indictum fuit ne ac cederet aulam Cęsariam donec scrip serit palinodiam de laude earundem

prior eñim si adipisci queat plurimũ conduceret. Copia artis, materiæ, & instrumentorum non tibi deest. Collige igitur ac perfice speculum tuum strenue & intrepide, Nam uereor ne aut minis dominarum Denbigenarũ territus aut blanditijs victus incepto desistas, Eglogas Mãtuani q̃ primũ poteris remittas obsecro, nam a puero sumpsi, Apuleium si Maricius Bitthiusha non habet mittam. Valeas & ne dubita quin note tibi puelle alieq̃ vngues, ac dẽtes in te exacuturæ sint simul ac speculum tuum expositum ac editum in propatulum fuerit,

E castro ruthenico.

PRESTANTI ERV-
dítione & summa prudentia in-
clito Guillelmo Parseio
I. Payn. P. D. salutem.



T si multa sint (optime vir) quæ me inuitare & persuadere verius (ut ad te literarum aliquid mitterē) uideantur, hoc unū tamen vel renitentem (si modo officij mei erga te, & benificiorum tuorum memorem me esse velim) imprimis cogeret. Etenim ad te (sępius fortasse q̄ oportuit) adeuntem, omni cū mansuetudine (pro singulari ingenij tui humanitate) excepisti: Ita (vero) tractasti ut eundem te mihi (quem esse dicunt) facile perspexi. Quamobrem præter id q̄ mihi charus es (ut qui charissimus) ago tibi ingētes gratias pluresq̄ habeo. Simon singulari probitate iuuenis (cui propter morū

tuorum

tuorum similitudinem) plurimū fa-
ueo, ex quo de rerum tuarum statu
deq; valitudine certior factus: multa
mihi de studiorum tuorum ratione
diligentius narrauit: multa præteria
in mulieres acerbius a te dicta, & ex
uarijs authorum scriptis summa cum
diligentia exquisita, atq; ea quasi in
vno volumine congesta (cui nomen
speculum imponeras) retulit. Subri-
dens (vero) sic mecum cogitabam, an
ictus sapit? felix (ergo) quem faciunt
aliena pericula cautum. Hæc illi nū-
cianti, historiam (araspe cuiusdā me-
dæ) apud zenophontem, qui diceret
se amore esse superiorem & tamen
superatum fuisse, legebam: quod ne
tibi accidat: velint superi. Quando-
quidem (itaq;) cum mulieribus res
agitur linguam tibi volubilem sum-
ma arte & cura edoctam habe, men
tes aciem exacue, temet infracto ani-
mo & elato prebe. Caue ne succum-
bas. Non te moueant blanda quarun
dam colloquia, non oris decor in di-

uersum pertrahat, speculum quod di
cis contemplare, non eius vultũ (cu-
ius meminit Symon) non oculorum
aciem, Intellextin? Ne subito (circis
incantamentis) ex socijs vlixis di-
caris, hinc mutata oĩa stes ex Hec-
tore pares. Libet tecũ (humanissime
vir) meo more iocari, noui ego animi
tui modestiam, qui & uelis & poteris
leuiora in te dicta ferre, humanitatis
id (enim) tuę est. Si per negoti-
orum meorum maximas oc-
cupationes (quibus vndi-
q; obtenor) daretur. In di
uersam partem (quo
gratior puellis sim)
quid ingenij mei
uires possent
experirer.
Vale.

Tuus pro animi
tui libidine Io-
annes Payne.
Ex curia regis

INCLITE ANGLIE IV- uentuti Guillelmus Parscius perpetuam felicitatem.



ROGATV impulsuq; quorundam uirorum bonarum artium cultu & omni virtutũ genere ornatorum socii amantissimi collegi publicauiq; hoc opusculum. Quod fortassis quibusdam iniqui iudicii hominibus longe aliorsum (ut est hominum malitia) uideatur esse factũ, atq; ego id feci quippe qui semper eo stilũ studiorum meorum direxerim, ut patrie vobisq; amicis aliquã ex parte pdesse possem, idcirco non abs re sum arbitratus, vt vos aliosq; (citra omnẽ dissimulatiouem) admonerem non solum a proposito meo esse prorsus alienum, ut aliquis hac occasione uel minimam ausum captet debacchãdi, aut licentius loquendi quod nobilium feminarum

minarum aures offendat, verumetiam vos per ingenium uestrum atq; amicitiam oro & obtestor, ut feminas omnes siue Stemate siue aliis gratiarum dotibus insignes (quales multe & fuerunt & sunt quibus historiographorũ & poetarũ monumenta, scatent) eas summis pro suis meritis in cœlum efferre laudibus non omittatis. Amplius est enim insignũ feminarum cathalogus quæ suorum temporum eximios uiros sapientia, modestia, grauitateq; equarunt aut certe (si phas sit dicere) superarunt sed quoniam aliquot authores (absq; graui iudicio haud contemnendi) deformia quedam, de feminarum genere orbi manifestarũt, quę quibusdam viris maxime maritatis tormento sunt sepenumero atq; exitio ne vos igitur sotii mei intimi, atque sodales dilectissimi temeritati aliqua præcipites, non satis maturo captato consilio aut deliberatione non præhabita, & ante annos fortasse uite deli-

gende

gende genus idoneos in hoc malorũ tempestuosum & naufragum mare, uosipsos perpetuo & sponte demersuros, ingrediamini: iuxta illud quod apud nos Britannos vulgo dici solet, qui sese ante in nuptias coniicit q̃ sapiat, prius animam aget q̃ rem faciat. Collegi itaq; proborum authorum (quoad potui) dicta egregia quæ huic opusculo inserta uobis, sociis meis amantissimis, ob meam abundantem in uos pietatem nunc dedico, triplici maxime ratione, primum ut huius rei finem omni diligentia, cura, opera, ac studio examinetis atq; pensetis, & mundi huius fragiles atq; fluxas, vanitates modis omnibus deuitetis, ut post positis illecebris carnalium desideriorum pura atq; purgata mente in matrimonium iungamur, ipsi Christo seruatori nostri, in quo est sempiterna dulcedo & iucunditas, ab omni mutabilitate atq; inconstãtia aliena, ad hoc etiam facit illud Ieronimi contra Iouianum

anum. Melius est ut impleatur Olympus beatorum agminibus quam habitacio terrestris propagationibus immũdis. Aut si qui sunt quibus diui Pauli dictum magis arridet, Melius est nubere quam vri. Vosque ad nuptias prouocet facite in ipso primo congressu uxorum uestrarum Insolentes petulantias (si quas habent) uiriliter deprimatis. Aut uicti uictricem agnoscite eternum seruituri, quoad uixeritis miseri, nec dicetis a me uobis nõ prædictũ. Cauete, Si hæc mea opera quam pio in uos animo suscepi a uobis boni consulatur mihi satis superque satisfactũ esse arbitrabor ualete.

Denbige. xviii, Calendas Ianuarii.

Anno uerbi Incar. 1547.

Authores hoc opere citati.

Prouerbiorum	phocilides
Ecclesiastes	Hesiodus
Ecclesiasticus	Menander
paulus	publius Minus
Hieronimus	Tibullus
Augustinus,	Catullus
Gregorius	plautus
Ambrosius	Zenophon
Bernardus	Laertiusdiogenes
Chrysostomus	Opusc.de vit.phi=
Basilius	loso. & poetarum
Origenes	Aulus gellius
Beda	Virgilius
petrus Rauennas	Ouidi9 Iuuenalis
Hugo	Terentius
Lactantius	propertius
Antonius	Mantuanus
petrus picta,	Erasmus
Cicero Seneca	Cornel. Agrippa
Valerius	Borbonius
Aristoteles	philonius
Titus Liuius	Cato
Euripedes	Abstenius,


ANDATVM Lucerna eſt, et lex lux, & uia uite increpatio diſcipline, vt cuſtodiant te à muliere mala et à blanda, lingua extranee : Non concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum , ne capiaris nutibus illius, pręcium enim ſcorti uix eſt unius panis: Mulier autem viri præcioſam animam capit. Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, ut ueſtimenta illius non ardeant, aut ambulabunt ſup prunas ut nõ cõburantur, plãte eius.

Prouerb.xxi.

Melius eſt habitare in terra deſerta q̃ cum muliere rixoſa & iracunda.

Eccleſiaſte.vij.

Inueni amariorem morte mulierẽ quę laqueus venatorum eſt: Et ſagena cor eius, uincula ſunt manus illius Qui placet deo effugiat illam qui autem

tem peccator est capietur ab illa.

Prouerb. xxvii.

Tecta perstillantia in die frigoris & litigiosa mulier comparantur.

Ecclesiasti. cap. xxv.

Non est caput nequius super caput colubri, & nõ est ira super irã mulieris: cõmorari leoni & draconi placebit ꝗ̃ habitare cum muliere neq̃, Breuis ois malicia, præ malicia mulieris.

Ibidem.

Sicut ascensus arenosus in pedibus ueterani, sic mulier linguata homini quieto.

Ecclesiasti. capi. xxv.

Mulieris ira irreuerentia & cõfusio magna, mulier si primatũ habeat cõtraria est uiro suo. Cor humile & facies tristis & plaga mortis mulier neq̃

Ecclesiasti. capi. xxvi.

Ab omni irreuerentia oculorum eius caue & ne mireris si te neglexerit, sicut uiator sitiens ad fontem os aperiet, & ab omni aqua proximabit & con=

& contra omnem palum sedebit & contra omnem sagittam aperiat pharetram.

Ecclesiasti. cap. xlij.

In medio mulierum noli commorari, de uestimentis enim procedit tinea & à muliere iniquitas uiri, melior est enim iniquitas uiri quàm mulier bene faciens & mulier confundens in opprobrium.

Paul. ad Corinth. i. Ca. vii.

Alligatus es uxori noli quere solucionem: solutus es ab uxore noli querere uxorem.

Ibidem

Qui sine uxore est, solicitus est quæ dei sunt, quomodo placeat deo. Qui autē cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi quomodo placeat uxori sue, & diuisus est.

Hieronimus contra Iouinianum

Melius est (inquit) habitare in terra deserta, q̄ȝ cū uxore litigiosa & iracunda, sed q̄ rarū sit uxorem sine his uitiis

uitiis inueniri nouit ille qui duxit ux orem, unde pulchre uarius geminis sublimis orator qui nõ litigat (inquit) celeps est.

Idem contra Iouinia.

Nulla est uxoris electio sed qualiscumq; obuenerit habenda, si iracunda, si fatua, si deformis, si superba, si fetida, quodcunq; uitii est, post nuptias discimus, æquus, asinus, bos, canis uestes et similia probantur prius, & sic emuntur: Sola uxor non ostenditur ne ante displiceat q̃ ducatur.

Idem ad Nepotianum.

Nec sub eodem tecto cum muliere manseris: nec in præterita castitate cõfidas, nec Sãpsone fortior, nec Dauid sanctior, nec Salomone poteris esse sapientor.

Idem Oceano.

Beati quorum remisse sunt iniquitates. &c. Beatus uir cui nõ imputabit dñs peccatũ, Arbitror q possumus & nos aliquid huic cantico iungere.

Beatus

Beatus uir cui non imputabit domi=
nus uxorem.

Hiero. contra Iouinia. li. i.

Stillicidia eiiciunt hominẽ in die hiemali de domo ſua, ſimiliter & mu lier maledica, de propria domo: Aſſiduis quippe iurgiis & quotidia= na garrulitate eiicit eum de edibus ſuis.

Ibidem

Inter malorum magnitudinem uxor ponitur, qui enim duxit uxorẽ in ambiguo eſt utrum odioſam an a= mabilem ducat, ſi odioſam ferri non poteſt, ſi amabilẽ amor illius inferno & arẽti terre ac incẽdio ſimilis eſt.

Ibidem

Fertur Auriolus Theophraſti liber de nuptiis in quo querit an uir ſapi= ens ducat uxorem, & cũ diffiniſſet ſi pulchra eſſet, ſi bene morata, ſi de ho neſtis parentibus, ſi ipſe ſanus ac di= ues, ſic ſapientem aliquando inire matrimonium, ſtatim intulit: hæc, au

tem in nuptijs raro uniuersa concordant. Non est ergo uxor ducenda sapienti, multa sunt quæ matronarum usibus necessaria sint, praeciose uestes, aurum, gemme, sumptus, ancille suppellex uaria, lectice & esseda deaurata, deinde per noctes totas garrule cōquestiones videlicet. Illa ornatior procedit in publicū, hæc honoratur ab omnibus, ego in conuentu feminarum misella despicior, cur aspiciebas uicinam. Quid cum ancillula loquebaris, de foro ueniens quid attulisti, nō amicum habere possumus, non sodalem alterius amorem suum odium suspicatur, si doctissimus præceptor in qualibet urbium fuerit, nec uxorem relinquere. Nec cum fercina ire possumus, pauperem alere difficile est, diuitem ferre tormentum.

Ibidem

Attendenda semper eius est facies & pulchritudo laudanda ne si alterā aspexeris, se existimet displicere.

ibidem

Ibidem.

Quid prodeit diligēs custodia, cū uxor seruari impudica non possit, pudica non debeat, infidus enim custos est castitatis necessitas, & illa uere pudica dicenda est cui licuit, peccare si uoluit, pulchra cito adamat, feda facile contemnitur difficile custoditur quod plures amāt, molestum est possidere quod nemo habere dignetur, minore tamen miseria deformis habetur q̄ꝫ formosa seruatur. Nihil tutū est in quod totius populi vota suspirant, alius forma alius ingenio, Alius facetijs, alius liberalitate sollicitat, aliquo modo uel aliquādo expugnat quod undiqꝫ uicessit. Idem.

Quod si uxor languerit coegrotādū est, & nūqꝫ ab eius lectulo recedēdū, aut si bona fuerit & suauis uxor (quę tamē rara auis est) cū pturiēte gemimus cū periclitāte torquemur.

Idem super Naum. ca. iii.

Mulieres nihil in animab⁹ suis forte nihil robustum possident & uirile.

Idem ad Iætam de institu. filie.
Quicquid vni loquitur hoc omnes sciant.

Idem in Micheam. ca. vij.
V xori ne credas.

Hieroni.

Graue pondus uxorum est, si excepta causa fornicationis, eas dimittere non licet, quid enim si temulenta fuerit, si iracũda, si malis moribus, si luxuriosa, si gulosa, si uaga, si iurgatrix, si maledica, tenẽda erit istiusmodi? Volumus nolumus sustinenda est, cum autem essemus liberi uoluntarie nos subiecimus seruituti.

Hieronimus.

Sampson Leone fortior & saxo durior, qui & unus & nud9, mille persecutus est armatos, in Dalile mollestit amplexibus. Dauid secundum cor domini electus, & qui uenturum Christum sancto sępe ore cantauerat postq; deambulãs super tectum domus sue Bethsabee, captus est nuditate adul-

te adulterio iunxit homicidium.

Idem.

Alie uero sterilitatem prębent & necdum nati hominis homicidium faciunt, nonnulle cum senserint concepisse se de scelere abortij uenena meditantur, & frequenter etiam ipse commortue trium criminum ree ad inferos perducuntur, homicide sui, christi adultere, necdum nati filij parricide.

Idem.

Ianua diaboli, uia iniquitatis, scorpionis percussio, nociuum genusq; est femina. Cum proximat stimulat incendit ignem. &c.

Hieroni.

Proterue nimium femine, semper fictitia cupiunt, semper subornata uerba deposcunt, exquirunt mendacia, fabulas nouas nūq̄ fastidiūt. Auguriis ueneficiis & incantacionibus demonum delectantur.

Idem

Idem

Muliercularum quarundam solēt esse mores ut plurimum semper garrule: nihil secretū habēt quod audiūt immo potius quod sepe nesciunt dicūt, nihilq; scandali seminariū noiūt tacitū tenere, aut proferentes uerba nociua, aut seminantes discordiā, aut adiētes alios ad detractionē, incitāt, aut maledicta confirmant ut duplicis delicti ree habeantur.

Idem

Religio sancta nō potest esse in loquacibus qui nullo possūt tēpore silere nec abstinere ab inutilibus uerbis.

Idem.

Imperfectissimus mulierum affectus semper in uestibus, semper in auro. Lapidibus pręciosis & ornamētis extrinsecus gloriam ponunt.

Hiero.

Hospitiolū tuū aut raro aut nūq; mulierū pedes terant, quia nō potest cum deo habitare qui feminarum accessibus

cessibus copulatur: femina conscien
tiam secum pariter habitantis exurit.

Augustinus de honesta. mulie.

Sine ulla dubitatione qui familia
ritatem mulierum non uult fugere
cito dabitur in ruinam.

Ibidem.

Auerte oculos tuos ne uideant
uanitatē &c. qualiter si quis carbones
apprehenderit, si cito eos proiecerit
nihil ei nocebūt, si uero diutius tene-
re uoluerit sine uulnere abire nō po-
terit, ita ille qui ad cōcupiscēdū defi
xerit oculorū intuitū & libidinis ma
lum in corde suscipiēs, morari in cor
de suo libere permiserit, excutere a
se sine anime plaga non poterit.

Idem epistola. ccvi.

Diabolus tot animas nullo rete
capit quot laqueo pessimo mulierū.

Gregor. li. xii. Moral.

Bonum est coiugiū sed mala sunt
quæ circa illud ex huius mūdi cura
succrescunt, sicut sepe rectū mūdū q̄
iter

Iter pergimus, & tamen ortis iuxta uiam uepribus per uestimenta retinemur. In uia quidem munda non offendimur, sed a latere nascitur quo pungamur.

Ambros. de officiis.

Femine cum uiris habitantes germinant spinas, & archana mentium acuto mucrone percutiunt.

Idem.

Perfectos quosq; uiros nisi per mulieres diabolus impugnare consueuit.

Bernard.

Vox mulieris est serpentis sibilus.

Chrisost. super Math. xix.

Quid est mulier nisi amicitie inimica: ineffugabiles poena, necessarium malum, naturalis tentacio, desyderabilis calamitas, domesticum periculum, delectabile detrimentũ.

Idẽ in sermo. decolla. sãcti Iohã.

Ego quidem existimo nullam esse in hoc mundo bestiãꝝ comparabilem

mulieri

mulieri male, quid inter quadrupedia animalia leone seuius, sed nihil hac ferocius, quid in serpentibus dracone acrius, nec hic quidem cum muliere mala conferri potest, nam leo, & draco in malo inferiores sunt. O malum summum & acutissimum telum diaboli, per te bella fiunt, per te sapientes se perdunt, per te sancti occisi sunt, per te ciuitates combustæ sunt, per te uita perdita est, per te mors inuecta est, per te diuites pauperes, per te pulchri turpes, per te fortes debiles, per te ueraces mendaces, per te casti luxuriosi, per te humiles superbi. &c. Hoc malum homines ducit ad mortem.

Ibidem

Si uxor sit, non cessat nocte & die uirum callidis stimulare sermonibus blanda nequiter, & importuna uiolenter.

Basileus Magnus.

Feminarum congressus ut præcipua

pua diaboli tela quæ maximos uiros præcipites interdum egerunt omni= no uitandi, quia in ipso congressu na ture titillatio quædam est, ut sexus statim diuersitas sentiatur uixq; effu gi poterit, quin uigor ille uirilis seue ritasq; incorrupta aliqua ex parte le= uiatur ac tabescat, qua propter cēseo quoad liceat & fieri possit nullā pror sus ad amicitiam conuersacionemq; aut commercium omnino admitten= dam. &c. felix qui raro cum eis uersa tur felicior qui nunq;.

Origen. super. Math. xv.

Ecce mulier Cananea.

Mulier arma diaboli, caput pec= cati, mater delicti, transgressio legis diuine, expulsio paradisi.

Beda super. ca. v. Corin. ij.

Amator uxor ducenda quæ inter dum non amatur ducta, quia non ta= lis apparuit ducta, qualis ab animo pingebatur ducenda.

Iosephus

Iosephus antiqui.li.iiij.
capi.vi.

Mulierum testimonium nequaq̃ recipiendum propter leuitatem & procacitatem generis earum.

Petrus Rauennas in sermo. resurre.

Mulier peccati causa, mali actrix, uia mortis sepulchri titulus: Inferni ianua, lamenti necessitas.

Hugo socio uolenti nubere:

Mulier diligit ut decipiat, decipit ut accipiat, amat quod habes, nec diligit quod es.

Idem.

Mulieres, uelant quod fœdũ est, monstrat quod pulchrũ est, lingua ipsarũ sonat castitatẽ, sed totus gestus corporis uoluptatem.

Lactant. diui. iustitu. li. iij.

Nulla uehementior discordiarũ causa est q̃ꝫ unius femine à multis maribus appetitio.

Antoninus

Antoninus in summa de uitiis mulierum Alphabetum.

Auidum animal
Bestiale baratrum
Concupiscentia carnis
Damnosum duellum
Estuan sestus Falsa fides
Garrulum guttur
Hostis humatus
Inuidiosus ignis
Kalumniarum chaos
Lepida lues
Est enim mulier Monstruosum mendacium
Naufragii nutrix
Opifex odii
Prima peccatrix
Quietis quassatio
Ruina regnorum
Silua superbie
Truculenta tyrannis
Vanitas uanitatum
Xantippa Xocratis
Ymago ydolorum
Zelus zelotipus

Ibidem.

Commune prouerbium est q qui uult aliquid esse publicum dicat uni mulieri.

Ibidem.

Assimilatur uox mulierum, cantui Sirenarum que dulci melodia transeuntes attrahebant, & tandem occidebant, quia marsupia euacuant, uires auferunt, & deum perdere cogũt

Ibidem.

Hoc uitium est mulierũ nolle regi sed furiose agere, & sequi impetus suos sine quacunq pietate.

Petr. pictauieñ in dictionar.

Mulier est	Fallax & prodigiosa Loquax & garrulosa Tenax & glutinosa Ardens & luxuriosa Cauta & maliciosa Leuis & curriculosa Rebellis & litigiosa Compta & curiosa Nociua & periculosa.

Ibidem

Ibidem

Mulierum est attrahere, decipere, consumere, peruertere.

Ibidem.

Mulier in scriptura comparatur sui, propter fœditatem luxurie, stercori, propter uilitatem infamie, urso, propter insatiabilitatē auaritie, uēto, propt̄ instabilitatē lasciuie, scorpioni, propt̄ fallacitatē malicie, leoni, propt̄ pōpositatē superbie, draconi, propter crudelitatem nequitie: laqueo, propter tenacitatem adherentie, stillicidio, propter rixositatem discordie.

Cicero. ret. vete. li. i.

Mulierum genus est auarum

Idem paradox.

An ille mihi liber uidetur cui mulier imperat, cui leges imponit, prescribit, iubet, uetat, qui imperanti nihil negare poteit nihil recusare potest, poscit, dandum est, uocat, ueniendum est, eijcit, abeundum est, minatur extimescendū est. Ego modo

non

non tantum illũ seruum sed nequissimũ, etiam si in amplissima familia natus sit appellandum puto.

Seneca in Medea

Nulla uis flamme tumidiq; uenti
Tanta, nec teli metuenda torti
Quanta, cũ coniunx uiduata tedis
Ardet & odit.

Idem Traged.iiii.

Sed dux malorum femina & scelerum artifex.

Ibidem

Instruitur oĩs fraude feminea dolus:

Idem li.ij.declamat.

Muliebris garrulitas id solum potest tacere quod nescit.

Valerius ad Ruffinum

Chimeram mulierem esse nescis, sed scire debes q̄ monstrum istud triforme, insigni uemiscetur facie leonis: olentis maculetur uentre capre, uirulẽte armetur cauda uipere, id est Aspectus est pulcher. tactus fetidus, conuersatio morifera.

Aristote

Aristote.iii.politie.

Si mulier sit eloquẽs non est uirtuti ascribendum sed loquacitati.

Titus Liuius de bello Macedo. lib.iiii.ex orat.in portii cato.

Date frenos impotenti nature & indomito animali, & sperate ipsas modum licentie facturas nisi uos faciatis.Minimum hoc eorum est quæ iniquo animo femine sibi aut morib⁹ aut legib⁹ iniunctum patiuntur. Omnium rerũ libertatẽ,immo licentiã,si uera dicere uolumus desiderãt.

Et post pauca.

Si carpere singula & extorquere & equari ad extremum uiris patiemini,tollerabiles uobis eas fore creditis extemplo,simul pares esse ceperint superiores erunt.

Ibidem,

Quæ de suo poterit parabit, quæ non poterit uirum rogabit, miserum illum uirum & qui exoratus, & qui non exoratus erit cum quod ipse nõ dederit

dederit datum ab alio uidebit.

Euripides in medea.

Mulier timida eſt in pugnam & ferrum inſpicere, ſed quando circa lectum iniuria affecta fuerit non eſt alia mens magis homicida.

Ibidem.

Mulieres ſunt ad bona conſilia pauperime, malorum autem omniũ artifices ſapientiſſime.

Phocilides

Neq́ poſt primas nuptias, nuptias alias celebres, damnũ ſupra damnũ.

Heſiodus.

Qui mulieribus credit, credit ille deceptoribus.

Menander.

Nuptie enim hominibus deſideratum malum.

Idem.

Mare ignis & mulier tria mala.

Idem.

Tempeſtas in domibus eſt hominibus mulier.

Idem.

Mulierem bonam cōsequi nō facile

Idem.

Mulierem sepelire melius est quam ducere in uxorem.

Idem.

Mulier penitus est sūptuosum quid natura.

Idem.

Mulier enim nihil nouit pręter quod uult.

Idem.

In mulieribus enim fidē nō licet uidere.

Idem.

Tristitia presens vbiq; est mulier.

Idem.

Mulier est sordes argentata.

Idem.

Delectabile malū est hoibus mulier.

Idem.

Superba res est pulchra mulier

Publius Mi.

Aut amat, aut odit mulier, nihil est tertium

Idem

Idem

Malo in consilio femine uincunt (uiros

Tibullus.li.iii.

Ah crudele genus nec fidum femi-
na nomen
Ah pereat didicit fallere si qua uirũ.

Catullus

Sed mulier cupido quod dicit amãti
In uento & rapida scribere oportet
aqua

Plaut. in Sticho.

Qui potest mulieres uitare, uitet ut quotidie pridie caueat ne faciat, quod pigeat postridie.

Idem in Asinaria.

Satis dicacula est amatrix, lingua poscit', corpus querit, animus orat, res mouet.

Idem in Mustellaria.

Mulier quæ suam ętatem spernit speculo elusa est.

Ibidem

Mulier nequicꝙ̃ exornata est be-ne, si morata est male.

Ibidem.

Edes plenas conuiuarum & mulierum habere miserum est opus.

Idem in milite glorioso.

Quid muliere peius atq; audacius, nam neq; eques, neq; pedes prætectus, quisq; est tanta audacia.

Idem in mercatura.

Nulla mulier bona est.

Idem in penulo.

Multa sunt mulierum uitia, sed hoc è multis maximum est cum sibi nimis placent.

Idem in Bachide.

Miserius nihil est q̄ mulier.

Ibidem.

Iuuenili etati non conducit mulier, nec latebrosus locus.

Ibidem.

Istoc illecebrosius fieri nihil potest nox, mulier, uinum homini adolescentulo.

Idem in penulo.

Negocij sibi qui uolet uim com-

pare

parare nauem & mulierem hæc duo comparato, nam nulle magis res due plus negotij habent forte si occeperis exornare, neq́ unq́ he due res satis ornatur, neq́ eius vlla ornandi satis satietas est.

Idem in Truculento.

Mulieri nimio malefacere melius est onus q́ bene.

Zenophon. li. vij.

Mulieri pectoris archana caue, commitas nihil enim diu continet.

Laertius Dioge. de uit. &. mor. phil.

Nulla tam bona uxor est in qua non inuenies quid, sicut nihil superius benigna coniuge, ita nihil infesta muliere crudelius est igitur uxor aut tutum refugium aut penale tormentum.

Idem.

Duo lachrimarum genera inesse oculis mulierum dicebat pythagoras, ueri doloris unum insidiarum uero aliud.

Idem

Interrogatus secundus philoso-phus. Quid esset mulier, respondit, hominis confusio, insatiabilis bestia, cōtinua sollicitudo, indesinens pug-na, quotidianū damnum, solitudinis impedimentum, uiri incontinentis naufragium, adulterij uas, pernicio-sum prælium, animal pessimum, pon dus grauissimū, aspis insanabilis.

Laerti. Ibidem.

Mulier speciosa & pulchra tem-plum est super cloacam edificatum, dicebat socrates.

Idem.

Cum quidam letanter diceret Dio geni se de nouo duxisse uxorem, ait illi, paruum solatium, & magnam sol licitudinem es lucratus.

Idem

Diogenes cum uidisset mulieres ex oliue arbore pendere suffocatas, utinam inquit, arbores cetere fructū huiusmodi tulissent.

In

In quodã opus. de uit. Phil. & poeta.

Socrates clamores & improperia uxorum se dixit sustinere, quemadmodũ alij anseres clamãtes tollerãt.

In eod. opuscu.

Dixit epicurus. Sapienti raro ineundum coniugia quia multa incommoda admixta sunt nuptijs. Et quẽadmodum diuitie & honores & corporum sanitates & cetera quę indifferentia nominamus, nec bona, nec mala sunt, sed uelut in meditullio posita usu, euentu vel bona uel mala fiunt. Ita & uxores, sciat in bonorum malorumq; confinio.

Aul. gelli. nocti attica.

Cum uxoribus incommode uiuitur, sed sine illis omnino nõ uiuitur, ut merito dici possit, uxor necessariũ malum.

Ibidem: li. v, ca. xi,

Rogatus a quodam Bias deberet ne vxorem ducere. An vitam viuere celibem, inquit aut pulchram

duces

Idem

Interrogatus secundus philosophus. Quid esset mulier, respondit, hominis confusio, insatiabilis bestia, cōtinua sollicitudo, indesinens pugna, quotidianū damnum, solitudinis impedimentum, uiri incontinentis naufragium, adulterij uas, perniciosum prælium, animal pessimum, pondus grauissimū, aspis insanabilis.

Laerti. Ibidem.

Mulier speciosa & pulchra templum est super cloacam edificatum, dicebat socrates.

Idem.

Cum quidam letanter diceret Diogeni se de nouo duxisse uxorem, ait illi, paruum solatium, & magnam sollicitudinem es lucratus.

Idem

Diogenes cum vidisset mulieres ex oliue arbore pendere suffocatas, utinam inquit, arbores cetere fructū huiusmodi tulissent.

In quodā opusc. de uit. Phil. & poeta.

Socrates clamores & improperia uxorum se dixit sustinere, quemadmodū alij anseres clamātes tollerāt.

In eod. opuscu.

Dixit epicurus. Sapienti raro ineundum coniugia quia multa incommoda admixta sunt nuptijs. Et quēadmodum diuitie & honores & corporum sanitates & cetera quę indifferentia nominamus, nec bona, nec mala sunt, sed uelut in meditullio posita usu, euentu vel bona uel mala fiunt. Ita & uxores, sciat in bonorum malorumq; confinio.

Aul. gelli. nocti attica.

Cum uxoribus incommode uiuitur, sed sine illis omnino nō uiuitur, ut merito dici possit, uxor necessariū malum.

Ibidem: li. v, ca, xi,

Rogatus a quodam Bias deberet ne vxorem ducere. An vitam viuere celibem, inquit aut pulchram duces

duces aut deformẽ, si pulchram ha=
bebis communem, si turpem habe=
bis penam, neutrum autem, bonum
non est igitur uxor ducenda.

Virgil. Eneid. iiii.

Varium et mutabile semper femina.

Idem in Buco.

Malo me galathea petit lascine puel(la
Et fugit ad salices & se cupit ante
videri.

Ouid. Amo, lib. i.

Casta est quam nemo rogauit
Aut si rusticitas non uetat ipsa rogat

Idem. li. ij.

Verba puellarum folijs, leuiora
caducis.
Irritaq; ut uisum est ventus & au=
ra ferunt.

Idem lib. iii. de Art. amand.

Rara tamen menda facies caret, Oc=
cule mendas
Quaq; potes uitiũ corporis abde tui

Ibidem

Quo non ars penetrat? discunt la=
chrima=

chrimare decenter
Quocq; uolunt plorant tẽpore quo-
que modo.

Ibidem.

Spectatum ueniunt, ueniunt spectẽ-
tur ut ipse.

Ouid. ibidem.

Ergo age ne dubita cunctas supera-
re puellas
Vix erit è multis quæ neget vna tibi

idem. li. Amor.

Sola uiro mulier spolijs exultat a-
demptis.

Idem de Remed. Amor.

Neue puellarum lachrimis moueare
caueto
Vt flerent oculos erudiere suos

Iuuenal. Saty. vi.

Nullã inuenies quæ parcat amãte
Ardeat ipsa licet, tormentis gaudet
amantis
Et spolijs, igitur lõge min9 utilis illi.
Vxor, quisquis erit bonus optan
dusq; maritus.

Nil

Nil vnq̃ inuita donabis coniuge, uendes
Hac obstante nihil, nihil hęc si nolet emetur.
Hec dabit adfectus, ille excludetur amicus
Iam senior.

Et post pauca

Pone crucem seruo: Meruit pro crimine seruus.
Supplicium? Quis testis adest? quis detulit? audi
Nulla unq̃ de morte hominis cunctatio longa est.
O demens ita seruus homo est? Nil fecerit esto
Hoc uolo, sic iubeo, sit pro ratione uoluntas
Imperat ergo uiro.

Ibidem.

Nulla fere causa est, in qua non femina litem
Mouerit.

Ibidem

Ibidem

Prodiga non sentit pereuntem femi
na censum.

Ibidem

Hæc eadem nouit quid toto fiat in
orbe.

Ibidem.

Semper habet lites alternaq́ iurgia
lectus
In quo nupta iacet, minimum dormi
tur in illo
Tunc grauis illa uiro tunc orba tigri
de peior
Quum simulat gemitus occulti con
scia facti
Aut odit pueros, aut ficta pellice
plorat.
Vberibus semper lachrimis, semper
q́ paratis
In statione sua, atq́ expectantibus
illam
Quo iubeat manare modo.

Ibidem.

Quocunq́ in triuio, cuicunq́
est

est obuie narrat.

Nec tamen id uitium magis in=
tollerabile q̄ quod

Vicinos humiles rapere & conci
dere loris

Exorata solet, nā si latratibus alti

Rumpuntur somni: fustes huc o=
cius inquit

Adferte atq; illis dominum iu=
bet ante feriri

Deinde canem.

Ibidem

Cedunt grammatici, uincuntur
rethores, omnis

Turba tacet, nec causidicus, nec
præco loquatur.

Altera nec mulier, uerborum tan
ta cadit uis

Tot pariter pelues & tintinnabu
la dicas.

Pulsari, iam nemo tubas atq; era
fatiget

Ibidem

Non habeat matrona tibi quæ
iuncta

iuncta recumbit

Dicendi genus, aut curtum ser=
mone rotato

Torqueat euthymema: nec hy=
storias sciat omnes

ibidem

Nil non permittit mulier sibi,
turpe putat nil.

Cum virides gemmas collo cir=
cumdedit, & cum

Auribus extensis magnos com=
misit Eleuchos

Intollerabili9 nil est q̄ femina diues

ibidem

Est opere precium penitus cog=
noscere toto

Quid faciant, agitentq; die, si
nocte maritus

Aduers9 iacuit. Perijt libraria, ponūt

Cosmete tunicas. Tarde uenisse
liburnus

Dicitur, & penas alieni pendere
somni

Cogitur

ibidem

ibidem

Nulla uiri cura interea. Nec mentio fiet.

Damnorum. Viuit tanꝗ uicina marito,

Hoc solo propior, ꝙ amicos coniuges odit

Et seruos, grauis est rationibus. &c.

Terent. in enuch. Ac. iiii.

Noui ingenium mulierum nolūt vbi velis, vbi nolis cupiunt ultro.

Idem in heauton. Act. ii.

Nosti mores mulierum dum moliuntur, dum comuntur annus est.

Ibidem. Act. v.

Matres omnes filijs in peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria solent esse.

Idem com. v. act. ij.

Omnes mulieres eadem eque studēt nolintqꝫ omnia uiris esse aduersas, eque studiū est, similis pertinacia est, in eodem mihi videntur omnes ludo docte ad malitiam.

ibidem

ibidem.Ac.iiij.

Censes ne te posse reperire ullam mulierem quæ careat culpa

idem in Hecyr.Act.iiij

Amare mulieres sunt.

ibidem.Ac.iij.

Mulieres sunt ferme ut pueri leui sententia.

Propertius.li.ij.

Sed uobis facile est uerba & compo
nere fraudes
Hoc unum didicit femina sẽper op⁹
Nõsic incerto mutant̃,flamine sirtes
Nec folia hiberno tam tremefacto
notho
Quã cito feminea nõ cõstat fed⁹ĩ ira
Siue ea causa grauis,siue ea causa le=
(uis

idem.eleg.xvi.

Formosis leuitas semper amica
fuit.

idem lib.iij.

Vos ubi contempte rupistis frena
pudoris
Nescitis capte mentis habere modũ

Femineum seruile genus, Crudele superbum
Lege, modo, ratione caret, confinia recti
Negligit, extremis gaudet, facit omnia uoto
Præcipiti. uel lenta iacet uel concita currit
Femina, semper hyems atq; intractabile frigus
Aut canis ardentes contristat sidere terras
Temperiem nunquam, nunquã mediocria curat
Vel te ardenter amat uel te capitaliter odit
Si grauis est meret toruo nimis hernica uultu
Si studeat comis fieri grauitate remissa
Fit leuis. Erumpit blando lasciuia risu
Et lepor in molli radiat meretricius ore
Flet, ridet, sapit, insanit, formidat & audit
Vult, non uult secumq; sibi contraria pugnat
Mobilis inconstans, uaga, garrula, uana, bilinguis
Imperiosa minax, indignabunda, cruenta (dax
Improba, auara, rapax, querula, inuida, credula mẽ
Impatiens, onerosa, bibax, temeraria mordax
Ambitiosa, leuis, maga, lena, superstitiosa
Desidiosa, uorax, ganee studiosa, palatum
Docta, salax, petulans, & dedita mollicici
Dedita blanditijs. Curande dedita forme
Ire odijq; tenax, inidonea tempora differt
Vlciscendi animos, infida, ingrata, maligna
Impetuosa, audax fera litigiosa, rebellis

Expro.

Exprobrat excusat tragica sua Crimina uoce.
Murmurat. accendit rixas, nil federa pendit.
Ridet amicitias, curat sua commoda tantum.
Ludit, adulatur, defert, sale mordet amaro.
Seminat in uulgus nugas auditaqꝫ lingua.
Auget & ex humili tumulo producit olympum.
Dissimulat, simulat, doctissima fingere causas.
Ordiriqꝫ dolos fraudiqꝫ accommodat ora
Ora omnes facili casus imitantia metu
Non potes insidias euadere, non potes astum
Vincere, tante artes, solertia tanta nocendi
Et quanq̄ uideas oculis presentibus audet
Excusare nephas, potis est eludere sensus
Sedulitate animi, nihil est quod credere possis
Et nihil est quod non si uult te credere cogat.

Et post pauca.

Si fugiunt aquilam fulice, si retia cerui
Si agna lupum, si dama canem, muliebria cur non
Blandimenta fugis?

Et post pauca.

Minus officit ignis.
Sexa minus. romphea minus, minus hasta, minus mors
Nec forme contenta sue splendore decorem
Auget mille modis mulier, frontem ligat auro
Purpurat arte genas, et colliocat arte capillos
Arte regit gressus, et lumina temperat arte

Currit ut in latebras ludens perducat amantem
Vult dare. sed cupiens simplex et honesta uideri
Denegat & pugnat sed uult super omnia uinci
Femina ceciaco (res mira) simillima uento est
Quisquis es (expertus moneo) tentare recusa
Dum licet. hic fragilis quot habet fastidia sexus
Immundum natura animal, sed queritur arte
Mundicies. id luce opus est; ea somnia nocte
Deglabrat. lauat, pingit, striat, ungit et ornat
Tota dolus. tota ars, tota histrio, tota uenenum
Consilio speculi gerit omnia, labra mouere
Discit & inspecto uultum componere uitro
Discit blandiri, discit ridere, iocari
Incedens humeros discit uibrare natesq;
Quid sibi uult nudum pectus? quid aperta superuē
Rimula? que bisecdam deducit in ubera uallem?
Nempe nihil, nisi quo uirus penetrabile sensum
Plus premat & stigie rapiant precordia flamme
Hi iuuenum scopule, syrtes scille atq; caribdes
He immunde phinei uolucres que uentre soluto
Proluuie feda thalamos cenacula mensas
Compita. tēpla, uias, agros, mare, flumina, mōtes
Incestare solent, he sunt phorcinides ore
Monstrifico exstremis lybie que in finibus olim
Aspectu mutare homines in saxa solebant.

Et post pauca.

Non lōgum est carmen. Mulierum amentia longa est.

Erasm. in similibus.

Vxor mala foris ob pudorem est modestior domi sui similis est.

Ibidem.

Vt inutile est speculũ auro gẽmisq; adornatũ nisi representet similẽ imaginẽ, ita inutilis est, uxor quantumuis opulenta si viro mesto sit hilaris. Hilari mesta.

Ibidem.

Vt nemo sentit qua parte stringat Calceus nisi qui indutus est: Ita nemo nouit ingenium mulieris nisi qui duxit vxorem.

Idem in Apophtheg.

Philoxenus interrogatus cur in tragedijs induceret mulieres malas, cũ sophocles eas induceret bonas, argutissime respondit. Quoniam (inquit) ille tales inducit quales esse deberẽt ego quales sunt.

Ibidem.

Interrogatus Diogenes quando

ducenda esset uxor. Iuueni (inquit) nondum. Seni nunquam.

Idem in trac. de lingua.

Natura garrulum est seruorum ac mulierum genus.

Idem in Adag.

Mulieres enim omnium fere calamitatum authores fuisse uiris dicuntur.

Idem in Colloq.

Qui ducit uxorem uno mense felix est.

Ibidem.

Coguntur uiri multa ferre in moribus mulierum.

Ibidem.

Est enim fere hoc nostrum uitiũ mea zantippe ut semel exorse loqui finem facere nequeamus.

Idem de comparacione virginis & martyris.

Honesta res est matrimoniũ. Sed spinis ac tribulis obsita.

Cornel.

Cornel. Agrippa de uanita. scientiarum.

Non omnibus est cernere quod tur-pissima monstra sub formosis femi-narum pellibus sepe latitent.

Ibidem.

Suxerunt mulieres, læuitatem, in solentiam, arrogantiam, impudenti-am, obscenitatem, contentionem, contradictionem, pertinaciam, ultio nem, astum, uafriciem, petulantiam, loquacitatem, procacitatem, & tur-pem concupiscentiam. Habent lin-guas quibus silentium pœna est: Ha bent labia ad omnem loquacitatem armata, quibus sermones producũt ociosissimos ineptissimosque, quid e-nim illas inter se loqui putabimus ni si stulta & ociosa puta quomodo cõ ponēda coma, quomodo pectenda, quomodo tingendi capilli, quomo-do fricanda facies, qualiter compli-canda uestis, qua pompa incedendũ, assurgendum, decumbendum cete-

raque

raq; nugamenta, nec desunt seniores matrone quæ narrent à quot procis olim adamate, quibus muneribus dignate, quibus blanditijs ambite. Hęc de eo loquitur quem amat, altera egre silet, de illo quem odit. &c.

Ibidem.

Nec desunt inter illas intensissima odia & acerrima iurgia calumnie detractiones, sicophantie & quęcūq; sunt male lingue uitia, habent ocellos, habent uultus habent risus plena illecebris, habent nutus, habent gestus plenos lasciuia, habent astus, habent verba quibus decipiendis procis sollicitāt & munuscula extorquent, si illis annulus est, si gemma, si monile, si cotinula, quicquid id est subtrahunt, blanditijs aut extorquent præcibus, redduntq; pro illis basia, suauia oscula, amplexus, contactus, confabulationes, quæ illis publica merx & amoris alimenta sunt;

sunt?

Ibidem.

O quanto dolore afficiunt bonos coniuges, dum genus, dum dotē, dū formam, dum aliena matrimonia illis continuo obijciunt, & iurgijs ac contumelijs obtundunt uiros, quibus dies noctesq; insidiantur mille fraudibus, simulatione, proditione, hipocrisi, taceo externos amares occulta adulteria suppositititios partus, & alieno semine conceptas proles. Quia si semel ad odium uertantur zelotipiā parabunt, aut uenena, adeo tutius est quod ait Ecclesiasticus commorari, leoni & draconi, q̄ cū muliere neq;.

Ibidem.

Fateor peruersas nuptias multas comitari angustias, & mala multa, cuiusmodi quondam recensuit Socrates, perpetuam sollicitudinem. Excrutiantem zelotipiam, contextum querelarū, exprobationē dotis, graue affinium supercilium alieni matri-

matrimonij subcensuras, uarios sūptus, incertos liberorum euentus, non nunq̄ orbitates, interitum generis, heres alienus, & dolores innumeri, uxor vix aut nunq̄ emendatur.

Philonius de Christia. institu. li. i. Ca. iij.

Nihil iratius irata muliere, nihil appetentius uindicte, seuitia enim ef frontis, & in iram concitate mulieris furorem ferarum omnium exuperat

Ibidem. ca. iiij.

Non longe aberit a præcipitio cui dux fuerit mulier, periculum sibi ac cersit ac prematuram perniciem femine q̄ honesti amantior. Multos enim dementauit, multos perdidit amor muliebris etiam sapientie nomine conspicuos, vt haud ab re diuus Ieronimus Ianuam diaboli, uiam iniquitatis, scorpionis percussionem, nociuumq; genus dixerit esse feminam, plena doli animans est, & nullo non genere fraudis armata mulier.

Ibidem

Facilius quis mortuum ab inferis reuocet quam mulierem à consuetis flagitijs,nulla enim custodia, nulla diligentia arcebitur quo minus compos fiat propositi,uel si cubiculo ipsam occluseris hanc nonnulli donariis & benemeritis periclitantur ad mentem allectare meliorem, sed lauant Ethiopem etenim quo magisfuerit amata mulier,hoc in morem intractabilis equi redditur ferocior atque deterior marito tandem pro obseruantia ludibrium,pro amore odium,pro liberalitate & beneficentia contemptum, contumeliamque repositura, si multa dederis, plura cupiet,si largiaris linea desiderabit serica. Si lanea dones deposcet pellicea, si tribuas argentea,uolet aurea.Morosa enim est suapte natura,& rerum nouarum auida omnis femina, aliena appetit, propria fastidit, cupitis vehementer inhiat eadem assecuta statim asper-

 natur

naetur, nunc assum, nunc elixum, nūc uinum, nunc aquam efflagitat, leuis effrons immodica, & nunq̃ non uiris molesta, ut haud usquaq̃ inepte cecinerit ille mulieris non probissime maritus.

Demonii nocuas, actura uicaria ptes
Exitio est miseris femina facta viris.

Idem li. i. ca. xii.

Affectanti nuptias cauendum ne dominam sibi præficiat, non ducat, uxorem iuxta iocum populari sermone celebratum.

Quisquis legittimo sociat sibi federe nuptam
Ilico fit seruus qui modo liber erat.

Ibidem.

Coniugum non raro conceptum animo, fallax & immoderatum matrimonii gaudium. Haud multo post uertitur in formidolosam, & nunq̃ nisi una cum morte finiendnm penitētiam, et sepe nude certa & ingentia com-

cõmoda expectātur maxima prouenſ
unt mortalibus diſpēdia, quod haud
dubie uſu uenit hiis qui ambitione
& auaritia occecati ſeſe nuptiis im-
paribus, & ipſorum conditioni ac eta
ti parum congruentibus alligant, nõ
enim vxores habent, ſed habentur a
dominis ad quarum nutus & renutus
uelint nolint omnia & faciant & pa-
tiantur oportet.

Idem li.iii. Ca.ii.

Egre inuenias mulierem quæ nõ
prius habeat ſtudium parande pul-
chritudinis q̃ racionem ſeruande pu
doris, adeo ut nõnulle fama ambigue
honeſtatis inclitari malint, q̃ obiecte
deformitatis labe aſpergi, unde uul-
go nulla re uidem9 eque iuuari muli
eres, ac laude uenuſtatis, nulla prorſ9
perinde ringi & in rabiē agi, atq; ſi
uel uetulas dixeris vel parū formoſas
Neq; enim eſt ulla tā deformis quæ
nõ inſigniter ſpecioſa ſibi uideat q̄n
omnes

omnes pari ambitu formose nomen ad se rapiunt hanc ob causam dote naturali non contente formam genitiuam arte & medicamine locupletare solent. Preterea si quid uel etate uel morbo uenustatis defloruerit, id fuco astititio subinde reintegrare nituntur. Nimirum pallorem febrium & senectutis rugas dolis ac technis palliature, non tamen perinde feliciter succedente conatu. Nam haud facile texeris quod ipsa natura ducit in apertum.

Idem li. iiij. ca. iij.

Mulieres sua sponte sunt ad omnem molliciẽ stulticiamq́ procliues

Ibidem.

Femina compta & alioqui etate bona & genitiua formositate conspicua. Esca diaboli est, laqueus est, ignis est, gehenna est, nimirum allicit, capit, urit, perdit, non solum plebeios sed etiam sapientia prestantes uiros, & simul perditur cum illis.

Ibidem

Ibidem.

Femina quanto pulchrior tanto perniciosior.

In Caton.

Instruit insidias lachrimis dum femina plorat.

Borbonius de coniug: miseri.

Coniunges est felix aduentus mors
quoq; felix
Sed si nupta cito funere rapta cadat
Si dos ampla manet nullus si filius
adsit.
Omnia sic certè sunt meliora tibi
Si tibi formosa est uxor communis
habetur
Si sit deformis non placet illa tibi.

Ibidem.

Aere quot uolucres insunt quot littore conche
Tot mala, tot fraudes, mens muliebris habet.

Idem

Idem.

Peſſima res uxor poterit ſic utilis eſſe
Prepropere moriens det tibi quicquid habet.

Idem in Epigram.

Caſta procos multos leto dedit uxor uliſſis.
Ob laſciuam Helenam diruta troia fuit
Ergo cum bona ſit iuxta ac mala femina damno
Dii me utroq; velint poſſe carere malo

Lauren. Abſtemius in fabula.

Nux, aſinus, mulier, ſimili ſunt lege ligati.
Hec tria nil recte faciunt ſi verbera ceſſent.

Ibidem. in moral.

Cito defunctorum maritorum amor ex uxorum animo excidere ſoleat. The Speache of Julitta the Martyr . . about the ablenes and worthines of the woman ſex. Are we not created of the ſame matter and after the ſame image of God etc. vid. Foxi monum. 132. b.

Plebes

Plebei uersiculi.

Adam, Sampsonem, Loth, Dauidem, Salomonem
Femina decepit, quis modo tutus erit?

Nonne uides, q̃ parua fides, manet in muliere?
Credę mihi si credis ei tu decipieris

LONDINI.
Ex officina Ioannis
Herfordie.

M.D.XLVII.

Viri ac mulieris eandẽ esse virtutem dixit Antisthenes: Idem sensit Socrates sexũ muliebrem, non minus esse docilem ad õnia virtutis munia, quam virilem si pariter instituatur: at vulgus sexu incusat, quasi ad virtutẽ indocile.
Erasm. lib. 7o. Apophthegmatũ pag. 497.

Naturã mulierũ non aliter q̃ virorũ effingi praecepimus, studiaq; õnia tum belli tũ pacis mulieribus cũ viris esse cõmunia. Plato in Timaeo. 1 pag.